MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Augsburg, um 1476 Seite 55v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et dixit. Deus eterne qui ab
sconditorum es cognitor qui
nosti omnia antequam fiant. tu
scis quoniam falsum contra me tule
runt testimonium. Et ecce mo
rior. cum nichil horum fecerim
que isti maliciose composue
runt adversum me. Exaudi
uit autem dominus uocem eius. Cumque
duceretur ad mortem: suscitauit
dominus spiritum pueri iunioris cui
nomen daniel. exclamauitque
uoce magna. Mundus ego
sum a sanguine huius. Et con
uersus omnis populus ad eum
dixit. Quis est sermo iste quem
tu locutus es. Qui cum staret
in medio eorum ait. Sic fatui
filii israel. non iudicantes. neque quod
uerum est cognoscentes. condem
nastis filiam israel. Reuertimini ad
iudicium. quia falsum testimonium
locuti sunt adversus eam. Re
uersus est ergo omnis populus cum
festinacione. Et dixit ad eos da
niel. Separate eos ab inuicem
procul. et diiudicabo eos. Cum
ergo diuisi essent. alter ab
altero. uocauit unum de eis et
dixit ad eum. Inueterate die
rum malorum. nunc venerunt
peccata tua que operabaris. prius
iudicans iudicia iniusta.
innocentes opprimens et dimit
tens noxios. dicente domino. in
nocentem et iustum non interficies.
Nunc ergo si uidisti eam. dic
sub qua arbore uideris eos col
loquentes sibi. Qui ait. sub ci

no. Dixit autem daniel. Rec
te mentitus es in caput tuum.
Ecce enim angelus domini accep
ta sentencia ab eo. scindet te
medium. Et amoto eo. iussit
uenire alium et dixit ei. Semen
chanaan et non iuda. species
decepit te. et concupiscencia sub
uertit cor tuum. Sic faciebatis
filiabus israel. et ille timentes loque
bantur uobis. sed non filia iu
da sustinuit iniquitatem uestram.
Nunc ergo dic michi sub qua
arbore comprehenderis eos col
loquentes sibi. Qui ait. sub pri
no. Dixit autem daniel. Recte
mentitus es et tu in caput
tuum. manet enim angelus domini
gladium habens. et seccet te medi
um. et interficiat uos. Excla
mauit itaque omnis cetus uo
ce magna: et benedixerunt deum.
qui saluat sperantes in se. Et
consurrexerunt aduersus
duos presbiteros: conuicerat
enim eos daniel ex ore suo fal
sum dixisse testimonium. Fece
runtque eis sicuti male egerant.
aduersus proximum. et interfece
runt eos. Et saluatus est san
guis innoxius in die illa. Gr.
Si ambulem in medio umbre mor
tis non timebo mala quoniam tu mecum
es. V. Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt. Sin Johm.
In illo t. Prexit dominus ihesus in mon
tem oliueti: et diluculo ite
rum uenit in templum. Et om
nis populus uenit ad eum: et